



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 28. Theodorus Mopsuestenus Pelagianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V.
A.C. 416.

§. XXVIII.

Theodorus Mopsuestenus Pelagianus.

*Mercat.
comment.*

Phot. cod.

177.

Theod. aut.

Pelagius interim usque in Oriente versabatur, ubi potentes Fautores actus fuerat; inter alios erat Theodorus Mopsuestenus, quem aliqui omnino illius hæresis Auctorem existimarunt. Quippe ut hanc defenderet, quinque libros conscripsit adversus illos, qui dicerent, homines sua natura, non voluntate peccare, nempe contra fidem Catholicam de peccato

orta erat de restituendo Nomine S. Chrysostomi, & Communione Ecclesiastica inter S. Cæsarium, Alexandrinum, Episcopos, Atticum Constantinopolitanum, & S. Isidorum Pelusiensem redditus est honor S. Chrysostomo; ergo dicitur oportebat Fleurium, pacem rediisse inter Sedes Alexandrinam, & Constantinopolitanam; sed dicit: *jamque Ecclesia Alexandrina ab anno 419 ad Communionem Ecclesiæ Romanæ redierat.* Cur hoc? nisi quod sola Communio cum Ecclesia Romana certissimum Orthodoxiæ signum sit. Alterum, quod notetur, est contra Protestantes Interpretem, superius dicentem, a tempore Persecutionis, in S. Chrysostomum motæ, schismata inter Ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam non amplius fuisse compositum; nam si causa discordiæ sublata, Ecclesia Alexandrina cum Romana reconciliata est, cur non, cum nulla alia subsisteret, remota eadem causa, Ecclesia Constantinopolitana in pacem cum eadem Ecclesia Romana redierit?

peccato Originali. Dicit, hujus Hære-Sæculum V.
 sis Auctorem ex Occidente venisse, & in A.C. 416.
 Oriente habitare. Hunc Haram vocat,
 sed verosimile est, S. Hieronymum desig-
 nari, nam præterquam quod id appareat
 ex quæstione, quæ hic agitur, eundem
 etiam insinuat, quintum Evangelium fa-
 bricasse, & dixisse, quod illud in Biblio-
 theca Eusebii Palæstini invenisset. Hoc
 nullum aliud est, quam Evangelium S. Mat-
 thæi secundum Nazaræos, quod sæpe S.
 Hieronymus, atque etiam in Dialogis
 contra Pelagianos citat. Præterea Theo-
 dorus eundem incusat, quod rejecta ver-
 sione septuaginta Interpretum, & cœte-
 ris antiquis, novam substituerit, quamvis
 linguam Hebraicam valde sero, & a Ju-
 dæorum miserrimis didicisset.

Ulterius dicit Theodorus, virum istum
 compositos de nova Hæresi, quam finxe-
 rat, tractatus in Patriam suam misisse,
 scilicet in Occidentem, ubi non modo
 privatos quosdam, sed integras Ecclesias
 seduxisset. Errores, quos ei attribuit,
 sunt sequentes; primo. Homines induci
 ad peccandum natura sua, non illa qui-
 dem, in qua ab initio Adam creatus fuit,
 hæc enim bona erat, & Dei opus, sed illa,
 quæ ei post peccatum supervenit, quæ
 mala est, atque mortalis. Hoc pacto ho-
 mines evasisse malos, atque peccatum eo-
 rum naturæ, non libero arbitrio adscri-
 bi.

Sæculum V. bi. Secundo. Etiam infantes neo-nati
A.C. 416. a peccato non esse immunes, quod ex eo

tempore, quo Adam lapsus est, natura
 subdita sit peccato, idque totam suam
 posteritatem corripuerit. *In huius*

Psal. 50. 7. probationem adducunt, inquit Theodo-

rus: in iniquitate conceptus sum. Ali-

que similes textus; Baptismum, & Com-

munionem Corporis Domini nostri in co-

munionem peccatorum, cum etiam in-

fantibus conferantur. Tertio. Neminem

inter homines justum esse. Quarto.

Ipsam Jesum Christum, Deum nostrum,

a peccato purum non fuisse, quia Natu-

ram peccato infectam assumpsisset, etiam

si aliunde dicant, Incarnationem non

veram, sed tantum apparentem fuisse.

Quinto. Matrimonium, & omnia, quæ

humani generis propagationem servant,

opera esse malæ naturæ, in quam Adam

per peccatum suum delapsus fuisset. Ho-

rum errorum Theodorus Mopsuestenus

novos Occidentis Hæreticos insimulabat;

revera nihil aliud erant, quam Doctrina

Ecclesiæ Catholicæ, prout eam Pelagiani

detorquebant, ut invidiosam redderent.

§. XXIX.

Pelagii Scripta.

Orosius ex Palæstina rediit circa veris
 initium anno 416. S. Stephani Reli-
 quias afferens. Responsum etiam S. Hiero-
 nymi